



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Ficus.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

tur hastæ & spicula Chaldaeorum, vel etiam uncæ, quibus vincit Israëlitæ ducendi erant ad carceres, supplicia, &c. Symbolicè mors intelligitur, quæ variis uncinis sive morborum & casuum generibus attrahit ramos pomis graves, id est, familias copiosas, è quibus decerpit robustissima capita, & quæ à morte videbantur remotissima. Poma desiderii animæ tua discesserunt à te. Apoc. 18. sive omnia appetibilia, quibus nimium inhiast. Hoc terrenis immersus cum summo dolore experietur in agone.

## Fictus:

Cum cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Gen. 38 Sic delusi primi Parentes ex Diis facti sunt miseri Sartores. Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum, & arefacta est continuo ficalnea. Matth. 21. Ità maledicit Christus animæ, à qua jam tanto tempore expectat cooperationem cum gratiis ipsi datis. Videte ficalneam & omnes arbores, cum producunt jam ex se fructum. Scitis, quoniam propè est astas. Ità & vos cum videritis hec fieri (v. g. dum advertis te debiliorem fieri, morbo periculo impeteris) Scitote quoniam prope est regnum Dei. Matth. 21. Sic ex signis à Christo prædictis etiam colligi potest finis mundi. Zachæus gentilis, ut JESUM videret, ascendit in arborem Sycomorum, & ad Christi vocem festinans descendit, & excepit illum gaudeens. Luc. 19. Non curavit ille irrisiones Juðorum,

404      *Pars secunda de elevatione  
dæorum, omniq[ue] respectu humano procul-  
cato, & debita nummorum restitutione facta  
JESUM non tantum in domo sua, sed & in-  
teriori cordis recepit hospitio. Vide de hoc plu-  
ra in officio de festo dedicationis Ecclesiæ.*

*Palma, Cedrus, Oliva, &c.*

*A*scendam in Palmam (lignum Crucis) &  
apprehendam fructus ejus. Cant. 7. Quasi  
cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus  
in monte Sion, quasi palma exaltata sum in cades,  
& quasi plantatio rose in Jericho, quasi oliva spe-  
ciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum  
juxta aquam in platea. Eccli 24. Loca hic enu-  
merantur, in quibus nominatae arbores opti-  
mè crescunt. In sensu morali ea applicantur  
Ecclesiæ in lege scripta, dein in lege gratia.  
Item B. Virgini, animæ justæ, & familiæ à Deo  
benedictæ.

*Ficus non florebit, & non erit germen in vi-  
næis, mentietur opus oliva, & arva non afferent  
cibum, absindetur de ovili pecus, & non erit ar-  
mentum in præsepibus. Habac. 3. Talis & ma-  
jor infelicitas ac sterilitas bonorum tempora-  
lium in sensu litterali, & spiritualium in sensu  
mystico obvenit Iudeis ob causam ab ipsis Mes-  
siam. Sic etiam meritò ob scelera sua plectun-  
tur Christiani. Vox Domini confringentis cedros,  
& comminuet eos, sicut vitulum Libani. Ps. 28.  
Nempe, sicut æquè facile prosternit Deus alti-  
simos ac robustissimos cedros, atque tenerum*

vittæ